LXXVIII. CVPRA MARITIMA.

532* Cuprae maritimae LIGOR. Firmi in Piceno, alias Anconae REINES.

horithyae | l. barbius l. lib | theopompus | nau. merkat | u. s

Ligorius Neap. l. 36 p. 321. Inde Panvinius cod. Vat. 6035 f. 138; Reinesius ad Rupert. p. 298 et syll. 1, 170 ex Holstenianis, a quo pendent reliqui: Gud. ms. 410, 2 ex schedis Reinesianis; Spon p. 95; Donat. 49, 2; Orelli 1640.

533* Cuprae Maritimae.

iunoni | lucinae | sac | gaudinia | dorida | et sex gau|dinius d | s. p | fec

Ligorius Neap. l. 36 p. 321 (inde Mur. 15, 4).

534* Cuprae Maritimae.

ualeriae aug | m. artorius m. f. pal | uicasius | procurator august | a rat. xx hered | et procurator lud | matutini proc. lud | magn. 7 leg. i parth | ob mer. ei. public. p | et epul. d. d

Ligorius Neap. l. 36 p. 321. Inde Panvinius cod. Vat. 6035 f. 115 (ex eo Don. 6, 110 ex schedis Vaticanis); Mur. 258, 1 ex schedis Farnesiis; Colucci 3, 35; Orelli 1065. Damnavit Borghesius ann. inst. 1846 p. 320.

535* *Cupra Maritima, hodiernamente si chiama Ripa Transone... havemo veduto scavandosi* LIGOR.

m. plautio m. f. uel | sabiniano | ui uiro augustal. patro|no munic. muman (*sic*) | procur. xx hereditat | praef. coh. xu præ-tor | leg. leg. xii aug. fel | iiii uiro quinq | candidat t. flaul. aug | in praetor.... | honorato in trib. uelin | ...cto accens.... | patrono pIissimo | cum municip..... s. d. d | cuprens publIce | l. d. d. d

Ligorius Taur. 6 s. v. Cupra (inde Gudius 136, 2).

536* Cuprae Maritimae.

q. poppedio q. f. uel | tertio sereno | ii uir. ordinario | ii uir. quinquenn | flamin. diui anto|nini pii et diui m | aureli antonini | augur. ob merita ei|us coll. fabr | et tign. et | dendrophororum | d. d

Ligorius Neap. l. 36 p. 321 (inde Mur. 520, 5).

537* *Cupra Montana si dice dal vulgo Le Grotte.*

q. primio q. f. uel | scarpio uirio sa|bino prisco euocato aug | equ. rom. duplar. armat | stipend. flamin. aug. cupr | t. p. i | sex. primius q. f. uel. uiria|nus sabinianus magister augu|stalis patronus auxim. et cupr | haered. f. curauit | in fr. ped. xi in agr. ped. xiiii

Ligorius Taur. 6 s. v. Cupra (inde Gudius 181, 10) addens: '*havuta per mano di M. Agnelino da Terni mazziere pontificale*'.

538* Inscriptio in qua legitur CVPRÆ MONTIS DECTVM edita a Mauro Sarti *Difesa* 1752 p. 19 et a Coluccio Cupra marit. tab. 4 et a Tanursio p. 144 cum tab. et a Vicionio tab. 4 f. 1, iudice Rossio qui vidit genuina quidem est, sed saec. X vel XI.

539* Tituli urbani adservantur Ripatransone hi:

1. *Laurentius VI idus Ienuras* Paciaudi Rip. p. 185.
2. *Aurelius Primus Aug. lib. tabul. et Cocceia Athenais filiae fecerunt Aureliae Procopeni* cet. Vol. VI n. 9057, ubi pro Cupra montana scr. Cupra maritima, Michettoni *mem. arch. su di Aurelia Procope* Ripatransone 1845.

LXXIX. FIRMVM.

540* in Girifalco Firmano Piceni PAND. PARM. similiterque RELIQVI. — Exemplum recens ad a. 1845 fuit *sul prospetto del Palazzo della Università degli studii* MINIC.; hodie est in curia sub aquila operis anaglyphi.

IMP · CAESAR · AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
PARENS COLONIAE
DEDIT

540*a litterae antiquitatem ut satis accurate imitantur, ita quaedam, maxime A R S, ab antiqua forma recedunt, receditque ab ea multo magis compendii signum quod est 2 extr. Firmi rep. a. 1880 *in una pianterreno del palazzo municipale*; iam in bibliotheca publica.

CAESARI · I
PARENS · SVM
COLONIAE

Ectypum miserunt Mecchi et Raffaelli.

Referunt libri Cyriacani Parmensis f. 103'; Angelicanus D. V. 18 f. 30'; Pandulphinianus f. 76; Chigianus f. 22; Felicianus f. 108; Marcanova Bern. n. 291, Mut. f. 205; Ferrarinus Trai. f. 81, Reg. f. 117; Redianus f. 130 (inde Gud. 86, 3); Gudianus 253 f. 26'; Iucundus Ver. f. 158; Lilius f. 71; Sieder f. 52'; Peutinger cod. 526 f. 45'. 121; Alciatus Feae f. 142'; Apianus 152, 1; Bembus cod. Monac. f. 50; Manutius cod. Vat. 5253 f. 303'; Grut. 187, 7 ex Apiano et Aenea Vico. Exemplum recens ed. Catalani *orig. Ferm.* p. 21 et de Minicis *iscr.* n. 541. Henzen 6958. Tractavit Borghesius opp. 5, 272.

Sic exhibent Parm. Pand. Red. Marcanova, nec variant posteriores nisi in compendiis. — Inscriptio hodie in curia collocata eadem manu exarata tota eaque, ut consentaneum est, recenti haec est: IMP · CÆSAR · AVG· | PONT · MAX·PARENS | COLONIÆ·DEDIT | ET EX ARCE GERIONIS | IN AVLAM SENATVS | INDE AD PERPET · MONVM· | CIVITAS HVC TRANSTVLIT. Quae qui scripsit hoc significavit aquilam, sub qua hodieque titulus legitur, tamquam pro stemmate ab Augusto Firmanis datam esse; incisus autem est, cum aquila, quae olim stetit in girifalco, id est in castello supra urbem, deinde castello a. 1447 diruto in urbe in aula senatus, ex hac translata est in domum studiorum, in qua ad a. 1845 remansit. Translationis eius cum Eugenium Mecchi interrogassem num acta publica Firmana memoriam aliquam suppeditarent, misit mihi decretum 'adunantiae studii' factum d. 19 Sept. 1675 de studiorum domo reficienda et exornanda hoc: *si propone . . . se per maggior ornamento di detta prospettiva* [scilicet studii] *paresse dar ordine, vi si rimettesse come stava prima l'aquila fregiata d'oro che già donò alla città Cesare Augusto imperatore, facendola prima restaurare dove bisogna, facendovi poi metter sotto la lapide, come vi era altre volte coll' iscrittione, che indicasse questa mercede fatta alla nostra città; itaque et decretum est et factum: si restauri l'aquila . . . e si rimetta poi nella facciata dello studio alla publica vista, con farvi apporre sotto la lapide coll' iscrittione.* Unde colligitur titulum eum, quem nos videmus, incisum esse a. 1675, monetque Mecchius eum apud scriptorem Firmanum nullum referri ante Raccamadorum, qui scripsit inter a. 1706 et 1709. Item inde colligitur eo tempore sub aquila titulum nullum extitisse; inscriptionem enim non refici iubent magistratus, sed renovari ut aliquando fuerat, id est ut eam norant ex exemplis derivatis a Cyriacano. Id inde confirmatur, quod titulum Cyriacanum Firmani scriptores non ponunt ante Brancadorum, qui eum affert ex Apiano. — Fragmentum autem quod eo ipso loco, quo (teste titulo a. 1675) aquila diu prostitit, nuper emersit, relatum sub n. 540*a docuit anteriore tempore vere fuisse sub aquila titulum quendam scriptum litteris antiquitatem probe imitantibus, conceptum ita fere: *Caesar i*[*mp.*] *parens summ*[*us*] (?) *coloniae* [*dedit*], incisum aetate Cyriacana proximave. — Hos duos titulos cum constet recentes esse, restat is quem Cyriacus refert ita conceptus, ut per se antiquus esse possit, sed cui et ipsi non sine causa diffidas. Nam aquilam cum Mecchius me docuerit iam memorari in publico documento a. 1306, cuius haec sunt verba: 'hec licentia concessa fuit per dictum iudicem ante banchas sub signo aquile ipso iudice sedente', ad stabiliendum donatorem eius quem fama ferebat eiusmodi adscriptio quodammodo requirebatur; et ut in titulo n. 540*a sine dubio tenemus inde enatum lusum informem, eiusdem tamquam altera recensio magis perpolita inscriptio videtur esse relata apud Cyriacum. Fieri adeo potest, ut utriusque tituli auctor sit ipse Cyriacus, scilicet primum ediderit eum, quem Firmani in lapide incidendum curaverunt, curis secundis eum quem in commentariis posuit. Nam mira et similitudo et diversitas duorum titulorum parentis coloniae aliquatenus explicatur, si iure auctoris Cyriacus sua mutavit et emendavit. Imitatur autem uterque Iadestinum vol. 3 n. 2907: *imp. Caesar divi f. Aug. parens coloniae murum et turris dedit;* certe *parens coloniae* nusquam alibi redit. Eum titulum cum ipse Cyriacus primus in lucem protraxerit et Firmani quoque recensio altera inter Cyriacana adsit, si falsi sunt tituli Firmani duo, neque ante Cyriacum neque post eum conscribi potuerunt, potuerunt scribi ab eo. Neque abstinuisse Cyriacum a talibus sive lusibus sive fraudibus ad Picentium suorum honorem facientibus mox in Ricinatibus demonstrabimus.

541* Firmi LIG. — Formiis GVD.

ioui optumo max | m. accius p. f. seneca | m. f. manilius planta | ii uir. quinq | d. d

Ligorius Taur. 8. Inde Brancadorus p. 219; Gud. 9, 5; Colucci 2, 151; de Minicis *iscr.* n. 981.

542* in tabula aerea Firmi LIG. — Formiis GVD.

ioui optimo maximo | c. uitorius c. f. uel. acupius | l. uirrius l. f. uel. hasta | m. quirinius q. f. uel. aper | q. flaminius c. f. uel. firmio | iiii uir. quinquenn. d. d

Ligorius Taur. 8 (inde Brancadorus ms. p. 207; Gud. 10, 10; Colucci 2, 154; de Minicis *iscr.* n. 1011).

543* Firmi.

mercurio | t. appalius t. fil | uellina | alfinus secun|dus ii uir quinq | augur d d

Ligorius Neap. l. 36 p. 320. Inde Mur. 46, 1 ex Ligorio; Colucci 2, 145; de Minicis *iscr.* n. 983.

544* Firmi in strata publica.

m. annio m. f. uel | sabiniano | praefec. coh. ui noricor | praef. coh. uiii uigilum | ann. iii praef. coh. uii | peregrinorum in macedon | donato a di. aug | torq. ii armil. ii | trib. militum leg. x | aug. p. f. in illyr. ii | ii uiro quinq. flaminI | diuorum | omnium publ. c. d | stat. marmor. p

Ligorius Taur. 8 (inde Holstenius cod. Vat. 9141 p. 139; Brancadorus p. 224; Gud. 149, 9; de Minicis *iscr.* n. 982).

545* Firmi LIG. — Formiis GVD.

caspuriae ualentidae | pIissimae feminae | uixit ann. lxx m. uiii | q. caspurius q. f. uel. galus (*sic*) | eq. publ. sorori sanc-|tissimae poni cur

Ligorius Taur. 8 (inde Brancadorus p. 211; Gud. 292, 3).

546* *pilo di marmo, territorio Firmanense, raccolto da Fr. Asculano.*

dis manibus sacrum | sex. mostio sex. f. uel | macerino | eq. romano euokato | dIuI aug | iiii uiro uiarum praef | fabrum leg. x aug. gem | mostia herculanilla | matrI pIiss. t. f. c | in fron. p. xi in agr. ped xiiii | h. m. d. m. a

Ligorius Taur. 8. Inde Brancadorus ms. p. 205; Gud. 177, 4; Colucci 2, 153 ex ms. Brancadori et Raccamadori; de Minicis *iscr.* n. 993.

547* *nella via publica fuori di Fermo* LIG. — Extra Formias GVD.

m. percernio m. f. uel | capitolino | ui uiro augustali pa|trono colon. ii uiro | quinquen | praef. uehicul. class. rau | praef. fabrum centon | flaminI diuorum | omnium ob mer|ita eius l. d. d. d

Ligorius Taur. 8. Inde Brancadorus p. 213; Gud. 135, 4; de Minicis *iscr.* n. 998.